



Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena

Cabilliau, Baudouin

Antwerpen, 1625

XIV. Vinum mali Punici in lacrymis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

X III.

Lacrymae MAGDALENÆ mare.

MAGDALIS vrenti simul ac stetit obuia
CHRISTO,
Deliquat in fletum nubila corda dolor:
Ac voluendarum retinacula rumpit aquarum;
Veris ut Hermonias deruit aura niues.
Nec modus: vndoso quis frena reponat Amori,
Quem Deus immensis, ceu mare, ditat
aquis?
Hinc lacrymæ (nimium felix liquor ille doloris)
Quicis rigat albentes Magdalæ vda pedes.
Nolo putas istos thalamo decurrere fletus;
Latius oceanis exspatiantur aquis.
Quis Nilo natat Oceanœ profusior humor,
Quam breuis immensum quæ lauat vnda
Deum?

X I V.

Vinum mali Punici in lacrymis.

NYMPHA pluis: dubito, lympham dicam,
anne Lyæum?
Par nitet illa vitro, par sapit illa mero.
Scilicet invitat dolor ad tua pocula Tonantem:
Mustea credideram; dulcis amaror habet.
Punica credo tuos condiri ad poma liquores;
Qualia pocula sicut dulcis-acerbus Amor.